

tio existit m̄. vii. s. xxv. poterit quis aggregato ex medio motu octauæ sphaeræ & æquatione posterioris tēporis auferre, quod id ab enarratoribus earundem Alfonsi tabularū ad certū non cauetur, hac itaq; ratione verus motus stellarū fixarū pro centum annis completis atq; dominicā natiuitatē proxime sequētib; colligeretur gradus vnus, primorū minorū xvii. & secundorū xxvi. fere. Quod iterum Ptolemēi inuentionē exsuperat. Constat igitur Alfonsi tabulas ab obseruationibus veterū astronomorū præsertim Cl. Ptolemēi haud modice differre, qđ decuit declarasse.

REPRÆHENSIO III.

• Enarrationes quę declarare ostendereq; moliuntur vtilitatē seu vsum tabularū Alfonsi de motibus fixorū siderū siue octauæ sphaeræ haud parum trunca diminetq; existunt. Nā commentationes, quæcumq; hætenus in meū venerant conspectū, satis frigide & imperfecte declarare vident vtilitatē seu vsum Alfonsinarū tabularū de motib; octauæ sphaerę. Cæteris tamē præstantiores omnibus ex quibus perinde atq; fonte cunctæ reliquæ manarunt, sunt quas ædidit quidā Ioannes de Saxonía octuaginta ferme annis postq; Alfonsus suas de motibus stellarū tabulas instaurauerat. Huius tamen Ioannis cōmentationes super motu octauę sphaerę minime mihi satisfaciunt. Nam in primis in ea enarratione qua verū locū augis cuiuslibet planetæ per easdem tabulas docuit inuenire, ait qđ æquationes accessus & recessus octauæ sphaeræ medio motui augiū & stellarum fixarum primū sunt adiiciendæ, motu accessus & recessus minore constituto gra. 180. deinde subtrahendæ ab eodem medio motu, quando motus accessus & recessus maior quidē extiterit gra. 180. Dicitq; idem Ioannes in enarratione prædicta cōpertam ex tabulis accessus & recessus æquationē simpliciter addendam esse motui medio octauæ sphaeræ qui dato temporis interuallo competit nihil vltērius admonens si quippiā diminiui addiue debeat tali aggregato ex medio motu octauæ sphaeræ & æquatione accessus & recessus ipsius. Rursus in alia enarratione qua proponit ex eisdem tabulis Alfonsi de motibus